



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Missa non est pœnale sacrificium. tit. 109

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

TITVLVS CVIII.

285

lementis ad omnia Sacraenta, quæ vel nō credunt aut cum errore credunt. Princeps militiæ Regis Syne Naaman, etiam primò despexit Baptismum, id est, aquam Iordanis, sed corruptus obediuit, 4. Reg. 5. Sic fides nostra, & fides crucis Christi, Iudæis est scandalum, gentibus stultitia, 1. Corinth. 1. At nunquid idèo abnegabimus fidem? Sunt igitur Sacramētā cum cæremonijs media, per quæ promeritam gratiam applicamus, & Deus etiam nō sine præmio relinquet huiusmodi labores & honores ad gloriam nominis sui factos &c.

Quarto, reuixit Vvicleff cum signo Sacramenti, & Berengarij cum suo pane & vino manente in Sacramento, & Vvaldo, qui omnes sacerdotiales vestes, alta rium ornamenti, pallas, corporalia, calices, patinas, valaq; huiusmodi reiecit, & dixit, Nihil habere momenti. Sic iam Zwingiani, Luterani, Adiaphoristæ, Illyricani, facti sunt canes redeentes ad vomitum antiquorum hæreticorum, 2. Petr. 2. sed curandi non sunt, quide Ecclesia non sunt.

MISSA NON EST POE-
*nale sacrificium.***TITVLVS CIX.**

Criptura primò notat, quomodo saluator noster Christus suum sanctum corp^o & sanguinem duobus modis in sacrificium dederit. Primò, pœnali, sanguinolento & mortifero modo semel in cruce, pro peccatis totius mundi, & salute omnium fideium, de illo. Hebr. 9. dicitur, Semel introiuit in scandala, & æternam reperit redemptionem. Collos. 2. dehinc chirographum decreti, id est, accusationem legis, & affixit illud cruci, Esa. 53. Oblatus est, quoniam sic voluit pater, & 1. Ioan. 2. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris & totius mundi.

T t

Secun...

Secundò, sic tantùm semel Christus obtulit corpus & sanguinem suum, Galat. 1. Ephe. 5. nec amplius tali modo potest offerri in æternum. Roman. 6. Appliùs non moritur, nec mors illi dominabitur, nec aliud sacrificium huic æquale fuit vñquam mundo, nec erit, aut fuit, aut erit aliquid opus, quod meruisset toti mundo redemptionem à peccatis & lutem, sicut hoc solum Christi sacrificium. Ideo hoc solum est propitiatorium sacrificium, & manebit, que ad diem nouissimum efficax ad consequendam gratiam & remissionem peccatorum creditur, pœnitentibus, Ioan. 1. Ecce agnus Dei &c. Hic modus quo seipsum Christus obtulit sacerdos existens & ipsa hostia, non pertinet ad Missam, sed manet in sua dignitate & virtute. Hoc sacrificium est fons & fundatum nostræ salutis, consolatio & spes. De illius portet accipere omnes, Ioan. 1.

Secundo autem modo obtulit Christus corpus sanguinem suum, videlicet, secundum ordinem Melchizedech, sicut Spiritus sanctus longè antè prædictum Psalm. 109. Tu es sacerdos &cæ. Erat Melchizedech sacerdos altissimi, Genes. 14. & obtulit Deo panem & vinum post victoriam Abrahæ in bello. Sic Christus instituit sub speciebus panis & vini, corpus & sanguinem suum Deo patri offerendum, non ad remissionem peccatorum, quæ semper manet in sacrificio crucis) sed ad memoriam cruentí sacrificii, ad orandum, vt promerita salus per sacrificium Christi nobis imputetur, & illius siamus participes omnes dicimus. Subinde, ne tantum beneficium Christi oblatione in cruce obliuioni traderetur, idè dicit Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem.

Tertiò, quanuis in hoc sacrificio, id est, commemoratione sacrificio Missæ, est idem corpus & sanguis Christi, sicut iam ad dextram patris resideret, Mat. 26. 20. timo, patri tamen commemoratione & precari e

it ato
npli
6. An
r vln
1am
us, q
tis d
deod
ebo v
endan
cibus
meda
a de
fina
fund
illor
orpuk
m McL
adict
ifedet
antek
Charila
fam
emilia
crisis
d ora
rifian
nmid
laconia
22. Hoc
omme
sangu
Mar. 1
ri 2 off
tar,

Ita mortifero aut pœnali modo, quatenus nostrum
misereatur propter sacrificium crucis eiusdem tali spirituali modo obtulit scipsum etiam in cœna, inchoans
sacerdotum Melchisedech, quod non semel fieri debet, sed usq; ad finem mundi, Tu es (inquit Propheta)
sacerdos in æternū &c. accipiens panem, gratias agas, &c. & sub illa gratiarū actione etiam se patri ob-
tulit &c. Mat. 26, Lu. 22. &c. Cypr. 1. 2. Epistolar. Epi. 3.
Et sic iussit primò accipere & comedere in memoriā eius Mat. 26. Secundò, sub illis speciebus pa-
nis & vini quoq; memoriam agere crucis. & sic pro
communicantibus in genere accipitur in memoriam,
& sub speciebus etiam pro celebrantib. accipitur &c.

*ERRORES VITANDI A CA-
THOLICO CIRCA EUCHARISTIAM.*

TITVLVS CX.

NOTANDVM primò, quod quicunq;
vult esse Catholicus istis maximè nunc
temporibus Antichristi, oportet vitare
errores hæreticorum circa Eucharisti-
am, alioqui grauissimè peccat in cor-
pus & sanguinem Christi, & iudicium sibi manducat,
1. Corinth. 11.

Primus error, quod hic sit solùm signum & figu-
ra Sacramenti, & panis maneat panis, &c. Tales Chri-
stum mendacem faciunt, qui dicit Matt. 26. Hoc est
corpus meum. At illi, Hoc est signum, & non dixit
Christus, Hic panis est corpus meum, id est, manente
pane, sed simpliciter, Hoc est corpus meum.

Secundus, quod in pane solùm est corpus, & in ca-
lice solùm est sanguis. & sic diuisum sit Sacramentum,
& non integrum in una specie. Respondeo, Chri-
stus dixit Matthæi 26. Hoc est corpus meum, si cor-
pus & non cadauer, ergo & viuum corpus: si viuum,
non est sine sanguine. Vbi autē vita & sanguis, ibi ani-

T t z ma,